

---

 CLASSIS DECIMA  
 EVACUANTIUM.
 

---

 III. EMMENAGOGA, ET ARI-  
 STOLOCHICA.
 

---

Quæ menstrua movent, *Emmenagoga*, quæ lochia, *Aristolochica* dicuntur. Horum varia est pro varietate causæ materia: si enim in fibram major rigiditas, ten-  
tio, elasticitas, spasmus, refundi possit, emollientia,  
laxantia, antihysterica, tum emmenagoga, & aristolo-  
lochica sunt; si sanguinis adit penuria, hæmatopoje-  
sin augmentia; si abundantis tenacitas, spissitudo pec-  
cet, diluentia, saponacea; si demum mucosi visciditas  
culpari potest, incidentia, stimulantia, auxilio sunt.

Indicantur imo Ab æstate  
2do a Plethora,  
3tio a morbo hinc pendente.

Præter illa, quæ inter cardiana stimulantia dicta,  
etiam inter sudorifera relata, huc spectant speciatim

---

 EX VEGETABILIBUS.
 

---

**ARISTOLOCHIA** *Off. Botanicorum.* Classis Na-  
turalis Fructiflorarum. *Germ.* Osterlucey. *Gallis*  
*Aristolochæ.* *Anglis* Birthwort.

*Aristolochia* caule ramoso, floribus solitariis, ere-  
ctis. Duas una definitione, officina aristolochias com-  
plecti-

plectitur, rotundam nempe, & longam; utraque aromaticæ, amara, acris est, rotunda tamen efficacior longæ, morbis uteri frigidis dicata, ut etiam epilepsia ab utero proficit, SCHONBORN, FERNEL, suppressioni menstruum a mucositate medeatur, althmati humorali, orthopnœa obveniat, FERNEL. Specificum in podagra medicamen alii voluere, sed experimenta non respondent; antiarthritica tamen adhuc video laudari tinteturam, & extractum, granorum quindecim dosi *Ephemerid. N. C.* Externe carnem mortuam corredit pulvis, sive in ulcere, sive fistula, FALLOPIUS, & hodie ubique adhibetur. Pulvere aristochiae longæ in aqua veronicæ cocto, & cum petiis applicato, ulcus tibiarum cacoethes, quod anni spatio frustra chirurgus obligarat, paucorum dierum spatio consolidavit SIM. PAULI, & ad genitalium ulceras laudat TRAGUS. Interne utraque in pulvere datur, a scrupulo ad drachmam semis, in decocto drachmarum duarum, trium pondere, sed amarum est: in usum externum unciae semis dosi præscribitur. Aristochia vulgaris hodie non est magni usus.

#### ARTEMISIA P. I p. 110.

**CHAMÆMELUM** *Off. Botanicorum MATRICARIA.* Classis Naturalis Compositarum Radiatarum,

Matricaria foliis pinnatis, pinnis latis, capillaris, multifidis, odorata, amara est, uterina, carminans, antinephritica, in balneis, clysteribus, saepius recepta.

**CHAMOMILLA** *Off. Botanicorum CHAMÆMELUM.* Classis Naturalis Compositarum Radiatarum. Germ. Camille. Galli Camomille. Angli Cammomile.

Chamæmelum foliis lanuginosis, pinnatis, pinnis capillariter multifidis, praecedenti efficacius, menses pellet, dolores uteri spurios, intestinorum colicos, sopit.

H 5

Ex-

Externe potenter resolvit, discutit, lenit, tumoribus applicatum: familiari in usu est. In pulvere scrupulus unus, drachma semis datur, in infuso manipulus semis præscribitur, majorem quantitatem cataplasma depositum,

**CROCUS P. I. p. 91.**

**DICTAMNUS P. I. p. 116. 117.**

**FERRUM p. 45. 46. 47.**

**HELLEBORUS niger** Vide *Venena*.

**MARRUBIUM album** Off. *Botanicorum*. Classis Naturalis Ringentium. Germ. Andorn. *Gallis* Marrubin. *Anglis* Horehound.

Marrubium denticulis calycinis setaceis, uncinatis, in decocto sanguini mixtum, hunc rubicundiorem, & fluidiorem, quam spiritus salis ammoniaci reddit, SCHWENKE, ut deobstruens, attenuans egregium in infarctu viscerum, hæmorrhoidibus: prodebet in eductione puris tenacis cum melle incoctum, imo etiam valere expressum succum, BOERHAAVE probavit, confirmavit LOESEKE. Scirrum hepatis etiam dissolvere posse, CHOMEL. Cæterum inter emmenagogas non insimum locum habet BORELLO, & aliis. Ptyalismum mercuriale juvare LINNAEUS.

Prostat aliquibus in officinis *Syrupus de prasio*,

**MATRICARIA** Off. *Botanicorum*. Classis Naturalis Compositarum Radiatarum. Germ. Mutter-Kraut. *Gallis* Matricaire. *Anglis* Feverfew.

Matricaria foliis pinnatis, ovato-incisis, pedunculis ramosis, multi aromatis, singularis tamen planta, iherero dicata est, mens evocat, uterus purgat, dolores a partu sopit, potu, fotu, clysmate. Datur in pulvere ad scrupulum, drachmam semis; succus etiam ad unciam unam: ad libram aquæ herbae manipulus semis infunditur, etiam instar Thee comæ, seu summitates

mitates sumuntur. Debilior chamaemelo est HAL-LERO. Scopo carminante clysteribus etiam s<sup>e</sup>p<sup>i</sup>ius recipitur.

PRÆPARATA. *Aqua stillatitia, oleum stillatitium.*

MELISSA P. I. p. 94.

MENTHA. P. I. p. 124. 125.

MEUM. p. 115.

PULEGIUM. P. I. p. 126.

ROSMARINUS p. 105.

RUTA P. I. p. 127.

SABINA. P. I. p. 127. 128.

---

## GUMMI RESINÆ.

---

ASA FOETIDA

GUMMI AMMONIACUM.

BDELIUM.

GALBANUM.

OPOPANAX,

SAGAPENUM,

MYRRHA,

---

## SALINA.

---

BORAX. p. 63. 64.

AN.

ANTI - EMMENAGOGA , ET  
ANTI - ARISTOLOCHICA.

1. Revellentia Chirurgica.
2. Adstringentia.
3. Inviscantia.
4. Opiata.
5. Repercutientia frigida.



CLAS-